Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

[De dolore quod non doleas. §. 1.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

mittere, vel bona; quibus me privare poteſt.

CAPVT II.

De eodem dolore quoad quaſdam circumſtantiás.

§. 1.

De dolore quod non doleas.

EEtne ſufficiens diſpoſitio ad hoc Sacramentum dolor, quem quis habet; quod non doleat de peccatis? Aliqui concedunt. *a* Sed Theologi communiter *b* meritò negant, quia dolor debet eſſe de peccatis, non de negatione doloris: Addo tamen, pro praxi, in timoratis conſcientiis, quæque nullum actualem affectum ad peccatum habent, optare ſe dolere, vel do-

a *Sylveſt. Navarr. Sà cit. à Laym. mox cit.*

b *Laym. n.5.tr.6. c.* 4.*n.*5.& *Præpoſitus de pœnit dub.*3. *n.*40.

lere quod non doleant, ſatis eſſe, *c* quia ejuſmodi affectus eſt ſignum veri doloris.

c Idem Laym ib.

§. 2.

De intenſione, & qualitate doloris.

1 IN quolibet gradu, etiam remiſiſsimo, ſatis eſt dolor: *a* nec requiritur quædã teneritudo cordis, vel lacrymæ: ſufficit enim ſolus appretiatius; *b* hoc eſt ut ita ſit homo affectus; ut ſecundum rectam rationem ipſe deteſtatur, ſeu recedat à peccato modo ſupradicto.

a *Laym l.* 5. *tr* 6. *c* 4 *n.* 1. *Suar. de pœnit. diſp* 4. *ſect.* 4 *n.* 9.
b *Idem, & Coninc. de pœnit. d.* 2. *dub.* 7 *conc.* 2.

§. 3.

An dolor procedere debeat ex intentione Confeſsionis.

3 QUamvis bene eliciatur dolor ex intentione ad

Confeſ-